

18. QUAESTIONES

Indirect Questions

Exercitātiō

(Avus, qui surdus est, librum legere temptat : Marcus, qui importūnus est, pēnsu scribere nōn cōnātur.)

Marcus : Mī ave, cūr librum legis ?

Avus : Nōn possum audire. Quid rogās ?

Marcus : Rogō cūr librum legās.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid rogāvistī ?

Marcus : Rogāvī cūr librum legerēs.

Avus : Quia legere volō, librum legō.

Marcus : Sed, mī ave, cūr librum legere vīs ?

Avus : Nōn possum audire. Quid rogās ?

Marcus : Rogō cūr librum legere velīs.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid rogāvistī ?

Marcus : Rogāvī cūr librum legere vellēs.

Avus : Quia legere mihi placet, librum legere volō.

Marcus : Sed, mī ave, cūr legere tibi placet ?

Avus :

Marcus : Rogō cūr legere tibi plac . . .

Avus :

Marcus : Rogāvī cūr legere tibi plac . . .

Avus : Quia liber carmina lepidā continet, legere mihi placet

Marcus : Sed, mī ave, quid est carmen lepidum ?

Avus :

Marcus : Rogō

Avus :

Marcus : Rogāvī

Avus : Tacē et scribe pēnsu tuum.

Marcus : (sibi dicit) Avus, ut mihi vidētur, nescit quid . . .
carmen lepidum.

(Marcus aliquamdiū tacet : avus aliquamdiū librum legit.)

Marcus : Mī ave, unde librum illum ēmistī ?

Avus : Nōn possum audire. Quid rogās ?

Marcus : Rogō upde librum illum ēmeris.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid rogāvistī ?

Marcus : Rogāvī unde librum illum ēmissēs.

Avus : Ab eō ēmī, qui librum mihi vendidit.

Marcus : Sed, mī ave, quis librum tibi vendidit ?

Avus :

Marcus : Rogō

Avus :

Marcus : Rogāvī

Avus : Is, qui librum scripsit, librum mihi vendidit.

Marcus : Sed, mī ave, quis librum scripsit ?

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Avus : Publius Ovidius Nāsō librum scripsit.

Marcus : Sed, mī ave, quālem nāsū habēbat hic Publius Ovidius Nāsō ?

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Avus : Tacē, abōminande, et scribe pēnsu tuum.

Marcus : (sibi dicit.) Avus, ut mihi vidētur, nescit quālem

(Marcus aliquamdiū tacet : avus aliquamdiū librum legit.)

Marcus : Mī ave, quandō alium librum legēs ?

Avus : Nōn possum audire. Quid rogās ?

Marcus : Rogō quandō alium librum lectūrus sis.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid rogāvistī ?

Marcus : Rogāvī quandō alium librum lectūrus essēs.

Avus : Ubi hunc librum perlēgeiō, alium librum legam.

Marcus : Sed, mī ave, quandō librum illum perlegēs ?

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Avus : Ubi tū tacueris, hunc librum perlegam.

(Marcus aliquamdiū tacet : avus aliquamdiū librum legit.)

Marcus : Mī ave, vivitne adhūc Publius Ovidius Nāsō ?

Avus : Nōn possum audire. Quid rogās ?

Marcus : Rogō num adhūc vivat Publius Ovidius Nāsō.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid rogāvistī ?

Marcus : Rogāvī num adhūc viv . . . Publius Ovidius Nāsō.

Avus : Nōn vivit adhūc Publius Ovidius Nāsō.

Marcus : Estne mortuus Publius Ovidius Nāsō ?

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Avus : Tacē, fūrcifer, et scribe pēnsu tuum.

Marcus : (sibi dicit) Avus, ut mihi vidētur, nescit utrum Publius Ovidius Nāsō mortuus . . . necne.



P. OVIDIUS NASO